Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



149
Cap. 35.

nominantur, quia eiusdem facti principes atque
auctores fuerunt; Dixit iacob abicite deos alienos,
qui in medio uestri sunt, & dederunt ei postea
omn deos alienos, quos habebant, & inaures, quae
erant in auribus eorum. deinde & iam sequitur
quemadmodū apparuit iterum dn iacob & bene
dixit ei, & ipse, post modum egressus inde, uenit
uerno tempore ad terram, quae ducit effratan
& rtq. usque hae sunt aūt generationes esau;
Quid. ē. quod iacob dixit domui suae: abicite deos
alienos qui in medio sunt uri: & iterū dederunt
ergo ei omn deos alienos, quos habebant, & inau
res, quae in auribus eorum erant: quae si orna
menta erant, ad idolatria non pertinebant.
Intelligendū. ē. has inaures filacteria fuisse
deorum alienorum. Nam rebecca a seruo
abrahe inaures accepisse scriptura testatur
qd nō fierē & si eis inaures habere ornamenti
gratia non licerē: Ergo illi inaures, quae cum
idolis date sunt, ut dictum est, idolorum filac
teria fuerant. Quare secundo dicitur ad iacob:
non uocaberis iacob, sed israel erit nomen tuum
& appellauit eum israel; Dudum nequaquam ei